

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΛΕΠΤΥΝΟΥΣΗΣ ΔΙΑΙΤΗΣ

GALENI

DE VICTU ATTENUANTE LIBER

PRIMUM GRAECE EDIDIT

CAROLUS KALBFLEISCH



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCXCVIII

accipe nunc, victus tenuis quae quantaque secum
adferat HORATIUS

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

IOANNI · ILBERGIO · LIPSIENSI

VIRO · HUMANISSIMO · ATQUE · DOCTISSIMO

DE · MEDICIS · GRAECIS · OPTIME · MERITO

HUNC · QUALEMCUMQUE · LIBELLUM

D · D · D

EDITOR

A · D · VI · ID · IUL · A · MDCCCXCVIII

Hic libellus quamvis contineat *res tenues tenui sermone peractas*, ut ait poeta, tamen haud indignus esse visus est qui in lucem ederetur. nam et antiquissimus est inter libros Galeni ad victus rationem pertinentes, quippe qui ceterorum nunquam mentionem faciat, ipse compluribus locis in ceteris commemoretur[1]), et ab omnibus fere qui postea de victu attenuante scripserunt sive ipse sive aliis intercedentibus adhibitus, si quidem Oribasius omnia fere quae de ea re scripsit ex hoc libello petivit[2]), ex Oribasio vero omnia fluxerunt quae de cibis attenuantibus inveniuntur apud Aetium[3]) et Anonymum qui de medicina ad Constantinum Pogonatum imperatorem scripsit[4])

---

1) in libris de sanitate tuenda VI 74, 14 s. 281, 16 s. 341, 16 s. 374, 2 392, 17 409, 18; de alimentorum facultatibus VI 493, 9 s.; de probis pravisque alimentorum sucis VI 761, 17 s. 797, 14 s. commemoratur praeterea in libro de simplicium medicamentorum temperamentis quinto XI 778, 6 et in libro de ratione medendi quinto X 332, 12, quos M. Aurelio Antonio regnante scriptos esse constat (qua de re cf. Ilberg in Mus. Rhen. vol. XLIV [1889] p. 222 ss. et LI [1896] p. 186), in libro de constitutione artis medicae I 300, 14 s. (= XIX 508, 15), in commentario Aphorismorum XVII 2, 465, 11 826, 5, in Arte medica I 411, 1 s., in libro de ratione medendi quarto decimo X 994, 6, in libello de libris propriis XIX 31, 9 (109, 16 Müller).

2) in primis Ἰατρικῶν συναγωγῶν III 2 (I 193 ss. editionis Parisinae), Συνόψεως IV 1 (V 156 ss.), Περὶ εὐπορίστων q. v. I 18 (V 592). ceterum cf. quae ad singulos huius editionis locos adnotavimus.

3) *B* σλη′ ss. fol. 43 editionis Aldinae Ven. 1534 (= Orib. V p. 592 ed. Paris.).

4) in Ermerinsii Anecdotis medicis Graecis (Lugd. Bat. 1840) p. 273. regnavit Constantinus Pogonatus inde ab anno 668 usque ad 685.

tum triginta fere centesimas altum, latum viginti unam, qui nunc Parisiis in bibliothecae nationis Francogallicae Supplemento Graeco quod vocant asservatur numero 634 insignitus, accurate describere longum est. satis habeo haec enotare, quibus nonnulla quae in catalogo[1]) minus recte inscripta sunt corrigi poterunt:

f. 2v—17v *γαληνοῦ περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις.*
f. 19r—26v *προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ γαληνοῦ περὶ στοιχείων.* sequuntur scholia ad libros de elementis (19r—21v, 25, 26, 22r), de temperamentis (22r—23v), de facultatibus naturalibus (23v—24v). ipsos libros tam paucis paginis contineri *(Inv. somm. III p. 287)* noli credere. ordo foliorum turbatus est, folia enim 25 et 26 reponenda sunt ante fol. 22.
f. 28r—37v *γαληνοῦ περὶ ὀστέων τοῖς εἰσαγομένοις.*
f. 39r—64r *γαληνοῦ τῶν πρὸς γλαύκωνα θεραπευτικῶν βιβλίων β̄* (id est liber alter, non libri duo).
f. 65r—73v *γαληνοῦ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων.*
f. 75r—101v *γαληνοῦ τέχνη ἰατρική.* des. *καταπαύσω τὸν λόγον ἐνταῦθα* (I 407, 7 K.), deest igitur index librorum Galenianorum qui huic libro adnecti solet.
f. 103r—110v *ὅσα περὶ οὔρων ἐν τοῖς ἱπποκρα^τ καὶ γαληνίοις (βι)βλίοις γέγραπται.*
f. 112r—115v *γαληνοῦ περὶ οὔρων.* hic libellus nondum editus esse videtur. inc. *χρησιμώτατον ἐν ἰατρικῇ λόγον.* des. *ἄνευ δὲ τούτων παρακρουστικόν.*
f. 117r—130r *⟨γαληνοῦ⟩ περὶ εὐχύμου καὶ κακοχύμου διαίτης* (VI 749 ss.).
f. 133r—140r *γαληνοῦ περὶ λεπτυνούσης διαίτης:- καὶ παχυνούσης:-*
f. 142r—215v *γαληνοῦ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.*
f. 216r—254v Simeon Seth.

---

1) *Omont Inventaire sommaire* III p. 287.

f. 257^{r}—438^{v} *γαληνοῦ θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ι̅γ̅ ι̅δ̅.* desunt libri *ζ̅—ι̅β̅.*[1])

De orthographia codicis aliisque minutiis grammaticis infra nonnulla addenda erunt; nunc venio ad versiones Latinas, quibus extremam libelli partem deesse supra vidimus. quarum prior (**L**), si fides est codici Dresdensi, **L** de quo iam dicturus sum, debetur viro de studiis Galenianis haud mediocriter merito Nicolao Rhegino. cuius versionis saeculi XIV parte priore factae adhibui codicem Parisinum Latinum saeculi XIV numero 6865 insignitum et codicem Dresdensem D b 92 saeculo XV scriptum, utrumque membranaceum forma maxima, quorum hunc littera **d**, illum littera **p** signavi.[2]) recepta est haec Ni- **dp** colai versio in editionem operum Galeni Latinam quae prodiit Venetiis anno 1490 'studio Diomedis Bonardi physici Brixiensis' (v^{1})[3]), cuius ego in apparatu critico **v** componendo usus sum 'impressione altera' anni 1502 quam curavit Hieronymus Surianus physicus. editionem priorem cum multis in bibliothecis frustra quaesivissem nunc demum inspicere mihi licuit, postquam in bibliotheca aulica Monacensi exemplar eius exstare Ivanus de Mueller per litteras comiter me docuit[4]): quae tamen cum altera

1) a Myna inserta sunt folia 2 38 74 102 106 109 116 132 141 216 256 280 309 329 371 392 414 438 et folia vacua tria 47 255 345, ab alio nescio quo folium 18 et 27. folia 103—110 manu altera scripta sunt, folia 217—231 et folium 235 manu tertia.

2) utrumque codicem alio loco accuratius describere in animo est; cf. interim de codice Parisino Catal. codd. mss. bibliothecae regiae IV p. 286 s., de Dresdensi *Katalog der Handschriften der Kgl. öffentlichen Bibliothek zu Dresden* (quem composuit Schnorr de Carolsfeld) I p. 307 s.

3) hanc editionem satis accurate descripsit Hainius in Repertorio bibliographico num. 7427. de altera editione cf. Maximiliani Bonneti dissertatio Bonnensis a. 1872 de Claudii Galeni subfiguratione empirica p. 1 s.

4) insignitum est hoc exemplar hoc modo: fol. Inc. c. a. 2410 f. alterum exemplar Lipsiae in bibliotheca universitatis asservari Ioannes Ilberg mihi scripsit.

editione adeo consentit ut omnes lectiones quas ex altera adscripsi in hac quoque inveniantur, nisi quod in § 1 p. 3, 10 rectius habet *nondum cum poris* et in § 53 p. 18, 8 *et vñ* $\overset{i}{q}$. haec versio ut caute adhibenda est, ita cum verbum verbo reddere soleat[1]) haud parvi est momenti ad menda quaedam codicis Graeci detegenda lacunasque supplendas. neque vero necessarium esse visum est omnia quibus Nicolaus a codice G discedit in adnotationem recipere, sed ea sola quae seu vera seu veri similia esse viderentur seu aliam ob rem memoria digna.

Alteram vero huius libelli versionem Latinam emisit

1) nota sunt verba Nicolai versioni libri *Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* quem vocabant Miamir praemissa, cuius libri codicem Graecum Roberto Siciliae regi transmiserat Andronicus imperator: *Ego Nicolaus de regio medicus fidelis et subditus vester iuxta mandatum vestrum de greco idiomate in latinum transtuli nihil addens minuens vel permutans.*

Incipit lib. gal'. de ſubtiliante dieta .XII. continens capitula.

Cap. I. in quo eius quod determinandum eſt datur intentio: premittendo cognitionem ſubtiliantis diete in generali.

Quoniam multe cronicarum egritudinum ſubtiliante indigent dieta: vt multotiens in ſola ea deſiſtant nullo amplius farmaco indigentes. Bonum vtique erit determinare quid de ea diligentius. Melius enim eſt in quibuſdam dieta ſola vtendo adipiſci finem: abſcedere vero a farmacijs. (2) Nam ego demum vidi artheticas non pau-

1. 2 *.XII. continens capitula* om. v[1] (= ed. Ven. a. 1490) et p   3—5 om. p   1—5 *Liber galieni de ſubtiliante dieta contʒ capitula .17. Capitulum primum est de vtilitatibus ſubtiliantis diete* d   9 *quid'* p   9. 10 *in quibusdam* v: *in quibus* v[1]:

Martinus Gregorius professor medicinae Parisinus Gandavi natus, quam anno 1530 Parisiis primum prodisse scribunt[1]), multis illam editionibus postea repetitam, quarum ego adhibui Lugdunensem anni 1570, eandemque et in Iuntinam[2]) et in Basileensem[3]) et in Charterianam editionem[4]) insertam. huius versionis lectiones in adnotationem criticam non recepi, quia persuasum habeo Gregorium nullo exemplari Graeco usum nihil aliud fecisse nisi Nicolai sermonem rudem et barbarum expurgasse atque perpolivisse. quod ita esse ut intellegatur, utriusque versionis initium proponere iuvabit:

1) *Biographie médicale* IV p. 515: Parisiis 1530 (4°), 1555 (12°), 1633 (12°). editiones Lugdunenses annorum 1547 1549 1550 (12°) commemorat Costomiris p. 27² (369²).
2) class. II f. 42—45 Ven. 1541.
3) class. II p. 137—150 Bas. 1542.
4) tom. VI p. 411—416 Par. 1679.

CL. GALENI DE ATTENVANTE VICTVS RATIONE LIBER VNVS. *Martino Gregorio interprete.*

ARGVMENTVM LIBRI. Agit de eduliis, quibus tenues et ſalubres humores in corpore redduntur.

Quae ſit rationis victus attenuantis vtilitas. CAP. I.

Cum victus ratio attenuans pleriſque diuturnis morbis adeo conferat, vt ſola ea ſine vllo alio medicamento ſublati saepe fuerint, operae pretium fuerit aliquid de ea diſtinctius perſcribere. Sunt enim, quos praeſtiterit ſola victus ratione, ſine medicamentis perſanare. (2) Vidi equidem non paucas arthritidas, quae iam articulorum

in quibus contingit recte dp 10 *ſolum* dp *adipiſci* dv¹v: *ad ipſum* p post *finem* add. *in eis* dpv¹ *vero* om. dp 11 *Nam* v¹v: *Quoniam* dp *vidi artheticas* v¹v: nefretidas (*-cas* d) *uidi et arteticas* recte dp

cas quecunque nudos corporis oſtenderunt articulos: alias quidem omnino ceſſantes in tali dieta. Alias autem moderatiores apparere. Uidi autem et eorum qui frequenter diſnia capiuntur non paucos in tantum iuuatos: vt vel deſiſterent omnino: vel per longa tempora moleſtarentur parum. Liquat autem et ſplenes magnos ſubtiliatiua dieta: et epar ſkiratum. Epilenſiaſque paruas quidem adhuc et incipientes ſanat perfecte. Quecunque vero cronice ſunt et prouecte: iuuat non parum. (3) Uocata autem eſt a medicis huiuſmodi dieta ſubtiliatiua: quemadmodum et incroſſatiuam nominauerunt aliam contrariam huic: ſecundum fientem in corporibus noſtris humorem. Cognita autem eſt diu experimento: et ratione iudicata. Et enim odoratus et guſtus ſufficientes cognitiones immittunt rationi ad experientiam omnium talium ciborum. (4) Quecunque enim irritant et mordent ſenſus: palam quoniam acria ſunt: et croſſitiem humorum incidere ſufficientia. Quecunque etiam ampliora decente aſſumpta: morſionem operantur ventri: et faſtidium non paruum: comeſtaque et egeſta acres odores emittunt: plurima autem eorum vrinas et ſudores prouocant fetidos: et acres: ac etiam ſimatibus appoſita et dochinibus quedam quidem ipſorum ſcindunt et rodunt faciliter: quedam autem perforant cutem: quedam vero et quid apoſtemant eius: et quedam vlcera magna: et vocatas eſcaras operantur. (5) Hec omnia ſufficientes cognitiones: et maxime ſuper eos qui in corpore humores ab eis ſubtiliari acrem quan-

1 *nudos corporis* v: *nondum cum poris* recte dpv^{1} *offendunt* d 2 *autem* v^{1}v: *uero* dp 3 *et* om. d 4 *adiutos* d 5. 6 *moleſtarent eum parum* d 7 *squirratum* dp 9 *parum. Capitulum 2^m de notificatione ſubtiliantis diete per chimos quos generat. et per rationem et experientiam, et cautelis in hac obſeruandis. et de eius gradibus et differentiis et ſibi ſimilibus;* d 10 *huius* dp (om. *modi*) 11 *et* pv^{1}v: *etiam* d 13 *diu* v: *a diu* pv^{1}: om. d *experimento* p supra vers., v^{1}v: *prouecto* p in versu et d *et* om. d *iudicata* p in versu, v^{1}v: *veridica* p in margine et d 14 *et enim et odor* ^{et} *gustus* p *odor* dp cogitationes (in lit.) *ſeu*

oſſa nudarant, alias quidem hac victus ratione in totum perſanatas, alias mitiores fuiſſe redditas. Vidi praeterea et eorum pleroſque, qui ſpirandi difficultate (quam δύσπνοιαν vocant) ſaepe praehenduntur, adeo leuatos, vt aut prorſus reualerent, aut longo ſaltem interuallo leuiter affligerentur. Eadem etiam haec tenuans victus ratio, magnos lienis tumores, et hepatis ſcirrhum colliquat. Ad haec epilepſias paruas quidem et etiamnum incipientes penitus ſanat: inueteratas vero ac conſummatas iuuat non mediocriter. (3) Hanc victus rationem medici tenuantem appellarunt, quemadmodum aliam ei contrariam, incraſſantem, pro eo humore ſcilicet, quem in corporibus noſtris gignit. Nota autem longa experientia nobis eſt, et ratione explorata. Nam olfactus ac guſtus mentem noſtram, ad omnes eiuſmodi cibos diſcernendos ſatis inſtruunt. (4) Quae enim ſenſus noſtros pungunt ac mordicant, ea omnia palam eſt, acria eſſe, et quae ſuccos craſſos tenuare queant: quae etiam, ſi largius aequo ſumpta fuerint, ventriculum mordicant, ciborumque nauſeam magnam inducunt, et halitus acres emittunt, non modo dum manduntur, ſed etiam poſtquam e corpore fuerint egeſta. Plurima autem eorum vrinas et ſudores graue olentes et acres promouent: phymatibus praeterea ac furunculis ſunt accommoda. Quaedam autem ex ipſis cutem diuellunt facile, atque erodunt: alia vero pertundunt: alia ipſius partem aliquam in pus vertunt: vlceraque magna, et quas vocant eſcharas, efficiunt. (5) Haec omnia ſatis probant, ea acrem quandam atque incidentem habere facultatem.

---

cognitiones d 15 *ratione* dpv[1] *ad* v: *ante* dp: *ante et* v[1] 17. 18 *acria — ſufficiencia. quin* in mg. add. p 17 *ſunt vniuerſa. et* dp 18 *Quecunque* v[1]v: *quin* dp *ſumpta* dp 19 *motionem* d *ventris* d 19. 20 *paruum. et anguſtiam non paruam, ac uomita et* (*ac* d) *egeſta, comeſtaque et egeſta* sic p et d, nisi quod *et egeſta* altero loco om. d 21 *prouocat* v[1] 22 *ac etiam* v[1]v: *ac in* d: *at in* p *ſimatibus* sic dpv[1]v *dochinibus* v[1]v: *dothinibus* p: *cacochimis partibus* d 24 *cutem et quedam apoſtemant eam* dp et (post *eius*) om. d 26 *ſuper* v[1]v: *ſunt* dp

dam et incisiuam habentibus virtutem. Sed et experientia atteſtatur rationi. Apparent enim ſufficienter a talibus cibis iuuari omnia quecunque croſſis et frigidis et viſcoſis humoribus repleta ſunt corpora.

---

1 *inciſiuam* v^1v: *ſubtiliatiuam* dp *et* (post *Sed*) om. p 2 *teſtatur* dp

---

Haec specimina qui cum textu Graeco comparabit, facillime videbit multa vitia Gregorio communia esse cum versione antiqua. in quibus nonnulla sunt quae quomodo orta sint e Graecis verbis explicari nequit, e Nicolai versione facillime cognoscitur. velut uterque omisit *ἐφ' ἑκατέρας* (§ 3); deinde pro *ἐμούμενα* (§ 4) cum falso inculcatum esset *comeſta*, Gregorius scripsit *dum manduntur*. idem paulo post Galenum dicentem fecit, *quae ſenſus noſtros pungunt ac mordicant*, ea *phymatibus ac furunculis* esse *accommoda:* nempe perperam intellexerat quae apud Nicolaum legebat *fimatibus appoſita* (*ἐπιτιθέμενα*) *quedam quidem* (*μὲν*) *ipſorum ſcindunt* .... *quedam autem perforant cutem*. atque editione typis expressa, non codice manu scripto usum esse Gregorium eo veri simile est quod § 2 *nefretidas et* omisit, quod ne editiones quidem habent, habent codices manu scripti. quae coniectura confirmatur multis locis per totum libellum obviis, ex quibus exemplo sint hi:

14, 3 *τοῖς ὀρνιθείοις ζωμοῖς* G: *iuribus gallinarum* dp: *competentibus brodijs* v^1v: *iuſculis accommodatis* Greg.
16, 2 *Ἕλλησιν* G: *grecis* dp: om. v^1v Greg.
17, 14 *ἅμα τῷ γάρῳ* G: *ſimul cum garo* dp: om. v^1v Greg.
18, 7 *καὶ σύμπαν οὐχ ἥκιστα τὸ σῶμα* G: *et totum fere corpus* dp: om. v^1v Greg.
24, 20 *ἧττον — κακίας* (25) om. Gregorius aberrans a *humorem* (*χυμόν* v. 20) ad *fungorum* (*μυκήτων* v. 24), *unde apparet* eum editione Veneta usum esse: nam

Cui rei euidentiſſimo etiam ſunt argumento humores in corpore noſtro ab eis extenuati. Quin et experientia ipſa rationem confirmat. Videmus enim corpora omnia, in quibus humores frigidi, craſſi, ac lenti abundant, huiuſmodi ciborum vſu maiorem in modum alleuari.

---

v^1v habent *deficiunt a malitia fungorum,* codices vero *a fungorum malitia deficiunt.*

Quid quod hoc etiam demonstrari potest Gregorium altera editione Veneta quae anno 1502 prodiit usum esse, quam ego in hoc specimine secutus sum de industria nihil mutans. is enim qui hanc paravit cum enuntiatum alterum (*ἄμεινον γὰρ ἐν οἷς ἐγχωρεῖ διαίτῃ μόνον χρησάμενον ἐπιτυχεῖν τοῦ τέλους, ἐν τούτοις ἀφίστασθαι τῶν φαρμάκων*) quale in editione priore exstabat non intellegeret — errore enim factum erat ut post *in quibus* excideret *contingit,* post *abſcedere* adderetur *vero* — pro *in quibus* scribens *in quibuſdam,* verba autem quae erant *in eis* delens hanc effecit sententiam: *Melius enim est in quibusdam dieta ſola vtendo adipiſci finem, abſcedere vero a farmacijs.* eandem apparet a Gregorio expressam esse cum scriberet: *Sunt enim quos praeſtiterit ſola victus ratione, ſine medicamentis perſanare.* — luculentius etiam hoc est exemplum: Nicolaus recte scripserat § 2 *artheticas . . quecunque nondum cum poris oſtenderunt articulos,* quod recepit editor princeps. alter vero cum non intellegeret quid esset *nondum cum poris,* pravissima coniectura inde effecit *nudos corporis.* quid Gregorius? scripsit *arthritidas quae iam articulorum oſſa nudarant.* nonne manifestum est hoc ex altera illa editione manasse? mitto alia, sed alterum addo specimen a fine versionum Latinarum petitum, in quo codices **dp** ab editionibus v^1v tantopere discedunt, ut utrorumque textum separatim pro-

ponere praestet. in primis animadvertas velim Perperinae urbis nomen (§ 102) et verba *καὶ ὅσοι περαιτέρω τοῦ μέτρου προσφέρονται* (§ 102 extr.) et ab editionibus $\mathbf{v}^1\mathbf{v}$ et a Gregorio omissa esse, non omissa a codicibus, et *Aegifoliae* nomen monstruosum apud Gregorium (§ 102 in.) inde ortum esse quod editio altera **v** qua ille utebatur post verba *in egis eolie* per errorem non distincta omiserat praepositionem *in* (*ἐν Αἰγαῖς ταῖς Αἰολίσι γεννᾶται ἐν τῷ πεδίῳ*). ceterum satis erit ea quibus sententia nostra confirmatur literis diductis distinguere (v. p. XVIII—XX).

His exemplis satis demonstrasse mihi videor Gregorii versionem in recensendo hoc libello prorsus nullam habere auctoritatem. uno tamen loco coniectura quid verum esset invenit homo Graeci sermonis haud ignarus: recte enim in § 81 p. 26, 13 scripsit *quae vero in vinaceis seu βρυτίλοις conduntur,* id quod suo loco adnotassem, nisi sero animadvertissem.

Tertius vero ad codicem Graecum Nicolaique versio-
Oo nem accedit testis propter vetustatem gravissimus, Oribasium dico, qui tamen cautissime ad textum constituendum adhibendus est, cum ne eis quidem locis ubi Galenum accuratius excerpsit id egerit ut hominis grammatici fide atque diligentia usus ad verbum omnia transscriberet, sed cum rem magis quam verba curaret hic illic auctoris sui verba paululum mutare veritus non sit. qua de causa neque omnes Oribasii lectiones a codice Graeco discrepantes in adnotatione critica commemorandas et in textum eas tantummodo recipiendas esse existimavi, quae versionis Latinae assensu confirmari viderentur.

Sed iam redeo ad codicem Graecum, ut de grammaticis quibusdam minutiis nonnulla addam. *ι* mutum in hoc libello articulis *τῷ* et *τῇ* saepe subscribitur, omittitur in nominum pronominum adiectivorum dativis, in *verborum* adverbiorumque exitu itemque in *διήρηται ζῶον*

ζώων ῥαδίως ῥαθυμότερον χρήζει ᾠῶν.[1]) ν ἐφελκυστικὸν constanter ponitur ante vocalem, omittitur ante consonantem. -ττ- quod in hoc libello ubique fere servatum est duobus locis restituendum erat 22, 5 (βούγλωσσα G, sed VI 724, 12 βούγλωττον) et 36, 1 (ἁρμόσσει G, sed 27, 21 ἁρμόττει). intactum reliqui ἁρμόζει 12, 3, quod in aliis quoque libris Galenianis haud raro occurrit (XI 813, 1 822, 14 852, 11 879, 16 XII 84, 17 328, 13 363, 18 377, 11 XIV 2, 8 232, 15) et πισσοὺς 16, 25 et πισσῶν 18, 19: neque enim satis constat quomodo Galenus hoc nomen scripserit, cum formae πισσός (VI 532, 11 533, 3 543—546 784, 4) obstent πισὸν XV 454, 17 et πισῷ VI 790, 17. ὕσωπον vero quod tribus locis invenitur (14, 6. 10 36, 11) in ὕσσωπον correxi coll. VI 572, 13 638, 17 656, 12 XII 149, 3. accentus male positos in adnotatione silentio plerumque praeterii, velut in νάπυ σικύοι θριδακίναι κριβανίται πυργίται λαχανῶν μιγνῦντες μίξις ψύξιν κράσιν βλαπτὸν πεφρύχθαι. intacta reliqui in re dubia quae codex praebet λαχανωδῶν 8, 25 9, 22, εὐωδῶν 12, 3, νοσωδῶν 33, 10. 11. formas ἑψοῦσι 6, 11, ἑψεῖν 13, 8, συνεψεῖν 36, 13, cum 15, 2 ἕψεται inveniatur et 17, 23 ἕψοντα, in ἕψουσι ἕψειν συνέψειν mutassem, nisi 36, 15 exstaret ἑψείσθω. accedit quod in aliis quoque libris Galenianis editiones quidem hic illic praebent formas contractas, non tales solum quales sunt καθεψεῖν XI 693, 1, ἑψεῖν XI 886, 6 XII 24, 18, ἑψῶν XII 236, 1, sed etiam ἑψοῦντας XII 125, 7 et ἀφεψοῦντες XII 54, 12. praepositiones interdum cum nominibus vel pronominibus in unum contrahuntur, velut in ἐφεκατέρας ἐξάπαντος καθεαυτὴν. constanter in hoc quidem libello scribitur γίνεσθαι et γινώσκειν, quod mutare nolui, quamquam Galenus ipse formas Atticas v. pag. XXI

---

1) cf. quae de toto codice observavit Costomiris p. 29[1] (371[1]): *En général, le Suppl. grec 634 écrit le ι au-dessous de l'article τῷ, mais presque jamais dans le datif qui le suit, et très rarement dans les autres datifs sans article.*

p et d

(99) Nigri uero uini dulcis ſimul et auſteri exemplum id quod a cilicia habes uinum quod anate nominant. Inutile autem eſt hoc eis que ſecundum thoracem et pulmonem paſſionibus de quibus ſermo fuit. et hiis adhuc magis que pontica ſunt euidenter, dulcedine autem non omnino uel omnifariam obtuſa participant. (100) Non precioſa autem ſunt hec omnia et latent multos a quibus in multis locis fiunt· cum neque mercatores iuuet emere ea neque a poſſidentibus habeantur studio. ponticum enim ſimul et groſſum uinum nigrum aliquis utique ad conuiuia preparabit uel nuptias uel deorum ſacrificia uel aliquam aliam leticiam, (101) et enim repletionalia ſunt, et tardi

v

(99) Nigri autem vini dulcis ſimul et auſteri exemplum id quod ex cicilia vinum habebis vtique: id vero quod anatem nominauit inutile eſt omnibus que ſecundum pulmonem et toracem paſſionibus: de quibus ſermo conſiſtit: et maxime quecunque acerba quidem ſunt ſufficienter. Dulcia vero non omnia vel omnifariam obtuſe participantia dulcedine (100) inutilia omnia ſunt: et latent multos: quamuis in multis locis fiant vt neque mercatores iuuet ipſa emere: neque a poſſidentibus habeantur cure. Ponticum enim ſimul et croſſum vinum ſolum vtique quis ad conuiuia preparabat: vel ad nuptias: vel ad ſacrificia: vel ad ali-

Gregorius

(99) Nigri autem dulcis ſimul et auſteri exemplum petes ab eo vino, quod fert Cilicia. Quippe quod Aegeaten nominant, omnibus vtique thoracis affectibus (de quibus nunc agimus) eſt noxium, et etiam magis, quę vehementer ſunt acerba. Porro non omnia dulcia, nec ea quae exiguam habent dulcedinem, (100) ſunt aſpernanda, quae tametſi multis in locis proueniunt, pleriſque tamen ſunt incognita adeo, vt neque mercatores ipſa ſtudiose coëmant, nec apud profeſſores (*leg.* poſſeſſores) magno in pretio ſint. Solum autem vinum Ponticum in conuiuiis, aut nuptiis, aut ſacrificiis, aut aliis

tranſitus, et ſeceſſus utroſque detinent· eos ſcilicet qui ſecundum ventrem, et nichilominus eos qui ſecundum ueſicam. Et immorantur diu in ypocondriis et faciliter aceſcunt et ad uomitum prorumpunt. ſolis autem ſunt ydonea fluxibus qui ſecundum uentrem· neque tunc ad ſaturitatem bibita. (102) Tale uinum non paucum in egis eolie in planis generatur. Et quoddam aliud ſimile ei ſecundum uicinam terram per-

quam aliam delectationem: (101) et enim repletionalia ſunt: et tardi tranſitus: et ſeceſſiones detinent ambas eas ſcilicet que ſecundum ventrem: et minus eas que ſecundum veſicam: et permanent plurimum in ipocundrijs: et faciliter aceſcunt: et ad vomitum procedunt. Solis autem ſunt idonea eis que ſecundum ventrem reumatibus: neque his cum ad ſaturitatem bibuntur: (102) tale vi-

celebritatibus adhibebant. (101) Multum enim implent, et tarde permeant, ambaſque excretiones morantur, tum eam quae fit per anum, tum quae per veſicam: haerentque in hypochondriis diutiſſime, et facile aceſcunt, nauſeamque prouocant. Soli autem ventri fluenti conferunt, idque ſi moderate ſumantur. (102) Eiuſmodi vini in locis Aegiſo-

3 *auſterii* p **7. 8** *paſſionibus et pulmonem* d **12** *optuſa* d **20** *nigrum* recte p: *neque* d **25** *tranſſitus* p **27** *eam* p **30** *aceſcunt, e* ex *r* corr. d: *acreſcunt* p **31** *ſolum* d **34** *bibantur* d **35** *Tale autem uinum* d **36** *colie et in* d **37** *qd'dam* p: *q̊d'* d *ei* om. d **38** *uicinam* scripsi: *uinaıā* p: *minaniā* d

19. 20 *habeatur* v[1]

Samo perperinam, et bibunt quidem uniuerſi illius regionis ea intriſtanter propter conſuetudinem, et enim et mitigant in conuenienti menſura potationem. Non intriſtanter autem utuntur eo omnes non aſſueti, et quicunque ad id quod ultra moderatum procedunt. (103) Nutriunt tamen manifeſte hec corpora fameſcentium. Et uidi quoſdam illius regionis iuuenum qui circa paleſtricam euexiam ſe habebant utentes eis non minus quam eſu carnium porcinarum.

Explicit liber galieni de ſubtiliante dieta tranſlatus a Nicholao de regio de greco in latinum.

39 *perperinam* p: *proximam* d 42 *et enim etiam* d 50. 51 *regionis illius* d 52 *euxiam* d 55—58 om. p

num non paucum in egiſeolie planiciebus generatur: et eſt aliud ſimile ei ſecundum aſtigonam ciuitatem pergami: et omnes illius regionis ſumunt illud intriſtanter: a conſuetudine et enim ſedat in conuenienti menſura ſitim: non intriſtanter autem ſumunt id omnes qui non ſunt conſueti: (103) nutriunt tamen hec manifeste corpora bibentium: et vidi quoſdam regionalium iuuenum qui circa paleſtram ad euexiam eis vtentes non minus quam porcinarum carnium eſu.

Explicit liber Galieni de ſubtiliante dieta.

40 *in* ante *planiciebus* iterat v¹ recte 43 *et propterea quod omnes* v¹ 44 *illud* om. v¹

liae campeſtribus magnus eſt prouentus. Cui ſimile aliud est, quod iuxta vrbem quandam Pergamo vicinam habetur, quo vtique omnes eius regionis incolae propter conſuetudinem citra moleſtiam vtuntur: (nam debito modo ſumptum ſitim extinguit) laedit autem omnes qui ei non aſſueuerint. (103) Corpora tamen bibentium euidenter nutrit. Cui rei argumento ſunt incolae iuuenes, qui in palaeſtra, bonae habitudinis comparandae gratia, ſeſe exercent. Vtuntur enim hoc vino in potu, non aliter quam ſuilla in cibo.

Libri de attenuante victus ratione, Martino Gregorio interprete, finis.

praetulisse videtur.[1]) de *εἰς* et *ἐς* cf. quae adnotavi ad p. 17, 17. in adiectivo *μικρός* vel *σμικρός* servavi codicis inconstantiam, quamquam Galenum aut semper aut certe post vocabula in vocales desinentia *σμικρός* posuisse conicio. *κλίβανος* an *κρίβανος* scripserit Galenus cum nondum satis constare videatur, interim tolerandum existimavi et *κλιβάνου* 13, 12 et *κριβανῖται* 18, 17, quamquam hoc rarum est (VI 761, 4), illud saepius invenitur (VI 489, 8 ss. 761, 6 764, 18. Scr. min. II 20, 1). omnino enim in eiusmodi rebus cautissime agendum est in libris Galeni, qui in libro de simplicium medicamentorum temperamentis ac facultatibus nono (XII 194, 11), postquam de synonymis quibusdam vocibus dixit quae a nonnullis putidius distinguebantur, *ἐγὼ γοῦν* inquit *ἐξεπίτηδες εἴωθα μεταβάλλων τὰ ὀνόματα λέγειν ἑκατέρως ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν ἀχρήστως ἐρίζουσιν ἔνιοι, δεικνὺς ἔργῳ μηδὲν βλαπτομένην τὴν σαφήνειαν τῆς ἑρμηνείας, ὁποτέρως ἂν τις εἴπῃ.*

Pluralem praedicati post neutrum pluralis nusquam recepi. correxi igitur *ὀνίνανται* 30, 18 et septem ni fallor locis *ἐστὶν* restitui pro *εἰσίν*, quod e compendio perperam intellecto ortum esse suspicor. contra p. 20, 14 pro *ὅσα* cum Oribasio scribendum erat *ὅσοι* (scil. *ἰχθύες*). *ἐκκαθαίρεται* vero p. 30, 19 restituendum fuisse pro *ἐκκαθαίρεσθαι δέονται* intellegitur collata versione Latina, praesertim cum sequatur *δεῖται* quod ad *δέονται* illud corrigendum adscriptum fuisse veri simile est.

Hiatus in hoc libello rarissime occurrit. in quo et evitando et admittendo eadem norma adhibetur quae in aliis Galeni libris observata est.[2]) toleratur enim vocalium concursus

---

1) cf. Galeni de temperamentis liber I rec. Helmreich (progr. Aug. Vind. 1897) p. 46 s.

2) cf. Galeni Institutionis logicae ed. Teubn. p. VII. eisdem fere artificiis quibus illic in hoc quoque libello utitur, velut dicit non *αὖ* sed *αὖθις οὖν* 6, 17, *αὖθις ἐπανίωμεν* 14, 21, *αὖθις ἐπὶ* 34, 12, non *ἄνευ* sed *χωρὶς* ἑψήσεως 6, 10, non εἶναι sed *ὑπάρχειν αὐτῷ* 8, 7, ὑπάρχειν ἐλαίῳ 8, 21.

I. post articulum et pronomina: αὐτοὶ οἱ ἄρτοι 15, 24, οὗτοι ἐναντιώτατοι 33, 4, τοιούτῳ οἴνῳ 35, 9, quamquam Oribasius recte fortasse praebet τοιούτῳ χρῆσθαι καὶ οἴνῳ. accedit οἱ πλεῖστοι εὐώδεις 30, 12, de quo cf. Gal. scr. min. II p. LXXV Müller. sed 32, 1 ἐξ αὐτοῦ ὠνεῖσθαι quod intellegi nequit in αὐτοὺς ὠνεῖσθαι corrigendum esse discimus collata versione Latina et 35, 4. 5 scribi potest τούτῳ ⟨γ'⟩ οὐ, quamquam hoc necessarium non est.

II. post verborum formas in αι exeuntes: γεννᾶται ἐν 32, 13, μιγνύναι αὐτῇ 14, 12, nisi forte praestat μιγνύειν scribere ut 14, 5; cf. scr. min. I p. XLIX num. 5 Marquardt.

III. post καί et ἤ itemque ante οὐ: προσήκει οὐ 20, 10.

IV. post praepositionem περί: διορίσασθαι περὶ αὐτῆς 3, 6, sed ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν 5, 9, πάθεσιν ὑπὲρ ὧν 31, 16.

V. in pausa: μήκωνι, ἀλλ' 11, 17, χρή· ὀλιγότροφοι 15, 5 s., δεῖ, ὅσαι 24, 14.

Quod vero 35, 1 legitur οὕτω ἄν, id sine dubio in οὕτως ἄν mutandum est coll. 12, 5 23, 14 28, 16 34, 12. 16 s. inter μιᾷ vero et οὕτως 23, 13 ex Oribasio et versione Latina inserendum erat τοὐλάχιστον. praeterea 14, 22 codex praebet ἐν πτισάνῃ μόνῃ ἤ, quod fortasse in μόνον corrigendum est, cum Nicolaus praebeat *in ptisana solum*. pro κάρου οὐδὲν 24, 10 scribendum esse καροῦς οὐδὲν apparet ex locis in adnotatione laudatis. in πολλαχόθι ἐσθίεσθαι 22, 15 elisione utendum erat, de qua cf. Peterseni dissertatio Gottingensis a. 1888 p. 43.

Adiectiva πᾶς et ἅπας ita distinguuntur, ut hoc post consonantes, illud post vocales semper ponatur[1] excepto uno loco inter sexaginta fere, qui invenitur p. 22, 18 (ἐδωδὴ ἁπάντων). nam πανταχόθεν πάντα 8, 1 in πανταχόθι πάντα corrigendum esse et sententia docet et versio

---

1) cf. quae de hac norma post Dielesium exposui in Inst. s.

Latina *ubique* exhibens. *σύμπας* semel post consonantem invenitur 12, 19, post vocalem quinquies.

Inscribitur hic libellus in codice Parisino *γαληνοῦ περὶ λεπτυνούσης διαίτης:- καὶ παχυνούσης:-*, sed verba *καὶ παχυνούσης* perperam addita esse apparet et ex § 104[1]) et ex eis quae in Ratione medendi leguntur X 332, 8 ss. *ἡ διαπήδησις . . θεραπευθήσεται . . ὑπὸ τῆς παχυνούσης διαίτης· ὁποία δ' ἐστὶν αὕτη λεχθήσεται μέν που κἀν τοῖς ἑξῆς, εἴρηται δὲ δυνάμει κἀν τῷ Περὶ λεπτυνούσης διαίτης.* ceteris vero locis Galenus hunc libellum vocat *τὸ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης* (I 411, 1 XIX 31, 9 [109, 16 M.], scil. *γράμμα* I 300, 15 [cf. XIX 508, 15] VI 761, 17 vel *ὑπόμνημα* VI 409, 18) vel *τὸ τῆς λεπτυνούσης διαίτης* (sc. *ὑπόμνημα* VI 392, 17, nisi forte hic quoque *περὶ* inserendum est coll. v. 15 et 16), cui tamen differentiae nihil tribuendum est, quia Galenum titulos librorum suorum saepissime parum accurate afferre constat.[2])

Integrum vero esse hunc libellum vix esset quod dicerem, nisi Costomiris contendisset deesse eius victus descriptionem quem vocant crassificantem. cui sententiae cum alia obstant tum illud *δυνάμει* quod occurrit in eo loco quem modo laudavimus (X 332). quod vero ne attenuantem quidem materiam hoc libello absolutam esse ait, id falsum esse docet Galenus ipse, cum dicit § 87 initio *ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως διῄρηται, λείποιτ' ἂν ἔτι καὶ περὶ μέλιτος καὶ οἴνου καὶ γάλακτος διελθεῖν*: cui propositioni accurate respondent ea quae in codice Graeco servata sunt, si quidem primum

---

1) vid. quae de hac re contra Costomirem dixi in Mus. Rhen. LI 467.

2) similia sunt VI 392, 15 *ἐν . . τῷ Περὶ τῆς εὐχυμίας τε καὶ κακοχυμίας*, XV 244, 17 *ἐν τοῖς Περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν*, XV 364, 15 *ἐν τῷ Περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς* aliaque multa: in ipsis enim inscriptionibus horum librorum omittitur articulus. cf. Ilberg in Mus. Rhen. XLIV (1889) 223[3] et LI (1896) 177[1].

de melle (§ 87) et de vinis (88—103) agit, ad quas excusatione quadam interposita (104—108) redit (109—113), deinde lactis seri casei facultates exponens totam dissertationem concludit (114—118). Oribasius vero, a quo in errorem inductus est Costomiris, non ex hoc tantum libello, sed ex aliis quoque et Galeni et aliorum libris hausisse putandus est.

In capitum divisione inde a principe versionis Latinae editione vulgata, quamquam non omnibus locis probari potest, tamen, ne quas turbas facerem, nihil novare constitui. sed operam dedi ut minoribus particulis distinctis numerisque adscriptis sententiarum conexionem atque divisionem magis perspicuam facerem. ceterum antiquioris versionis codices et Parisinus et Dresdensis suam uterque atque propriam divisionem habet a vulgata diversam, quae si operae pretium erit e tabella ex adverso posita (p. XXV) poterit cognosci.

Unum hac occasione data addere liceat, quamquam ad hunc libellum non pertinet, in codice Parisino et Dresdensi servatos esse duos Galeni libellos in sermonem Latinum conversos alterum ex Graeco, ex Arabico alterum, qui perisse putantur: libellos dico *de causis contentivis* (περὶ τῶν συνεκτικῶν αἰτίων) et *de sententiis* (περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων), de quibus cf. quae exposuit Ilberg in Mus. Rhen. vol. LI p. 174 s. et LII p. 622 s. utrumque libellum cum aliis quibusdam similis argumenti in lucem edere constitui.

Scr. Friburgi Brisigavorum
m. Sept. a. h. s. 98. C. K.

Caput	p	d	v¹v
I	§ 1—5	§ 1. 2	§ 1—5
II	§ 6—11	§ 3– 11	§ 6—11
III	§ 12—22	§ 12—22	§ 12—22
IV	§ 23—26 *καὶ ταῦτα*	§ 23—26 *καὶ ταῦτα*	§ 23—25
V	§ 26 *σπερμάτων* —29	§ 26 *σπερμάτων* —29	§ 26—29
VI	§ 30—54	§ 30—44	§ 30—44
VII	§ 54—72 *εἴρηται*	§ 45. 46	§ 45—54
VIII	§ 72 *περὶ δὲ* — 76 *τοσαῦτα*	§ 47. 48	§ 55—71
IX	§ 76 *μετιέναι*—86	§ 49—50	§ 72—75
X	§ 87—91	§ 51—54	§ 76—83
XI	§ 92—103	§ 55—64	§ 84—86
XII	—	§ 65—72 *εἴρηται*	§ 87—103
XIII	—	§ 72 *περὶ δὲ* — 76 *τοσαῦτα*	—
XIV	—	§ 76 *μετιέναι*—83	—
XV	—	§ 84—86	—
XVI	—	§ 87—91	—
XVII	—	§ 92—103	—

ADDENDA ET CORRIGENDA

p. 3 in adnot. ad v. 10 leg. *μήπω* pro *μηκέτι*.
p. 9, 5 restituendum fort. *ἄνισον* coll. XI 832 et 833.
p. 25, 21 *οὔοις* G[1] fort. ex *ὅοις*, cf. VI 606, 10 ss. et XII 87, 17 s.
p. 27, 2 de *κἂν εἰ* adde Iv. de Müller *Deutsche Litteraturzeitung* 1896, 139.
in adnotatione ad 5, 15 20, 5 26, 13 leg. *adnot.* pro *adnota.*

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΛΕΠΤΥΝΟΥΣΗΣ ΔΙΑΙΤΗΣ

G codex Parisinus Suppl. Gr. 634 saec. XIV
p codex Parisinus Lat. 6865 saec. XIV
d codex Dresdensis Db 92 saec. XV
v editio Veneta a. 1502
L libri **pdv** consentientes
O Oribasii editionis Parisinae vol. I
o eiusdem vol. V
ABCFPV codices Oribasii ab editoribus Parisinis adhibiti

f. 133r G

ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΛΕΠΤΥΝΟΥΣΗΣ ΔΙΑΙΤΗΣ

Ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα τῶν χρονίων ἀρρωστημάτων I 1
λεπτυνούσης χρῄζει διαίτης, ὡς πολλάκις ἐπὶ μόνῃ ταύτῃ καταστῆναι καὶ μηδενὸς ἔτι φαρμάκου δεηθῆναι, καλῶς ἂν ἔχοι διορίσασθαι περὶ αὐτῆς ἀκριβέστερον· ἄμεινον γὰρ ἐν οἷς ἐγχωρεῖ διαίτῃ μόνον χρησάμενον ἐπιτυχεῖν τοῦ τέλους, ἐν τούτοις ἀφίστασθαι τῶν φαρμάκων. ὡς ἔγωγε καὶ νεφρίτιδας οἶδα καὶ ἀρθρίτιδας 2
οὐκ ὀλίγας, ὅσαι γε μὴ πώρων ἀπέφηναν τὰ ἄρθρα μεστά, τὰς μὲν ⟨παντελῶς⟩ παυσαμένας ἐπὶ ⟨τῇ⟩ τοιαύτῃ διαίτῃ, τὰς δὲ μετριωτέρας ἀποδειχθείσας· οἶδα δὲ καὶ τῶν δυσπνοίᾳ συνεχῶς ἁλισκομένων οὐκ ὀλίγους

1—4, 6 O 187, 5—188, 7

---

1 *γαληνοῦ περὶ λεπτυνούσης διαίτης: — καὶ παχυνούσης: —* G: *Incipit lib. G. (gal.' v) de subtiliante dieta* pv: *Liber galieni de subtiliante dieta* d: cf. praefatio 4. 5 *μόνῃ ταύτῃ* O: *sola ea* L: *ταύτῃ μόνῃ* G 6 *διορίσασθαι* G: *determinare quid (quid' p)* L: fort. *διορίσασθαί τι* 10 *ὅσαι γε μετὰ πώρων ἀπέφηναν τὰ ἄρθρα* (om. *μεστά*) O: *quecumque nondum cum poris (nudos corporis* v*) ostenderunt (offenderunt* d*) articulos* L id est *ὅσαι γε μὴ* (vel *μηκέτι*) *μετὰ πώρων ἀπέφηναν τὰ ἄρθρα*, fortasse recte 11 *παντελῶς*] *omnino* L: καὶ παντελῶς O: om. G ⟨*τῇ*⟩ addidi ex O 12 post τὰς δὲ add. καὶ O

εἰς τοσοῦτον ὠφεληθέντας ὡς ἤτοι καταστῆναι τελέως ἢ διὰ μακρῶν χρόνων ἐνοχλεῖσθαι μικρά· τήκει δὲ καὶ σπλῆνας μεγάλους ἡ λεπτύνουσα δίαιτα καὶ ἧπαρ σκιρρούμενον, καὶ ἐπιληψίας τὰς μὲν μικρὰς ἔτι καὶ ἀρχομένας ἰᾶται τελέως, ὅσαι δ' ἤδη χρόνιαί τε καὶ
3 ὕπουλοι, καὶ ταύτας ὀνίνησιν οὐ μικρά. κέκληται μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἡ τοιαύτη δίαιτα λεπτύνουσα, καθότι καὶ παχύνουσαν ἑτέραν ὠνόμασαν ἐναντίαν τῆςδε, κατὰ τὸν γεννώμενον ἐφ' ἑκατέρας ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν χυμόν· ἔγνωσται δὲ μακρῷ χρόνῳ πείρᾳ θ' ἅμα καὶ λόγῳ κριθεῖσα· καὶ γὰρ ὀσμὴ καὶ γεῦσις ἱκανὰ γνωρίσματα προσβάλλουσι τῷ λογισμῷ πρὸ τῆς πείρας τῶν
4 τοιούτων ἐδεσμάτων ἁπάντων. ὅσα γὰρ ἐρεθίζει καὶ δάκνει τὰς αἰσθήσεις, εὔδηλον ὡς δριμέα τ' ἐστὶ ταῦτα καὶ πάχος χυμῶν τέμνειν ἱκανά, καὶ μὲν δὴ καὶ πλείω τοῦ δέοντος ληφθέντα δῆξιν ἐργάζεται τῇ γαστρὶ καὶ ἄσην οὐ σμικράν, ἐμούμενά τε καὶ διαχωρούμενα δριμείας ὀσμὰς ἀποπέμπει· τὰ πλεῖστα δ' αὐτῶν καὶ οὖρα καὶ ἱδρῶτας ἐκβάλλει δυσώδεις τε καὶ δριμεῖς· καὶ μέν γε καὶ φύμασιν ἐπιτιθέμενα καὶ δοθιῆσιν ἔνια μὲν αὐτῶν ῥήγνυσι καὶ διαβιβρώσκει ῥᾳδίως, ἔνια δὲ κατατίτρησι τὸ δέρμα, πολλὰ δ' οἷον λέπος ἀφίστησιν αὐτοῦ καί τινα ἕλκη καὶ μάλιστα τὰς καλουμένας
5 ἐσχάρας ἐργάζεται. ταῦτα πάντα γνωρίσματ' ἐστὶ μέγιστα τοῦ καὶ τοὺς ἐν τῷ σώματι χυμοὺς ὑπ' αὐτῶν λεπτύνεσθαι δριμεῖαν τιν' ἐχόντων καὶ τμητικὴν δύνα-

---

6 σμικρά O 8 τῆσδε] genetivus post ἐναντίος apud Galenum rarissimus, nisi quod dicere solet τοὐναντίον τινός ἐφ' ἑκατέρας om. L 14 τὲ εἰσὶ G ταῦτα G: *universa* (= πάντα) [illegible] om. v 24 *hec omnia sufficientes cognitiones et maxime* (*super* v) L γνωρίσματα εἰσὶ G

μιν, ἀλλὰ καὶ ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· φαίνεται
γὰρ ἱκανῶς ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων ὀνινάμενα
πάνθ' ὅσα παχέων καὶ γλίσχρων καὶ ψυχρῶν χυμῶν
ἀναπέπλησται σώματα. χρὴ δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων II 6
ἁπάντων ἐπιστάτην εἶναι τὸν ἰατρόν, τόν τε καιρὸν
ἐξευρίσκοντα καὶ τὸ μέτρον τῆς χρήσεως, οὕτω κἀν
τοῖσδε· κίνδυνος γὰρ εἰς κακοχυμίαν ἐμπεσεῖν τὸν
οὐκ ὀρθῶς αὐτοῖς χρώμενον· ἀλλ' οὐ τοῦτο νῦν πρό-
κειται διδάσκειν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν μόνον τῶν ἐδεσμά-
των διελθεῖν.

Ὅτι μὲν οὖν σκόροδα καὶ κρόμμυα καὶ κάρδαμα 7
καὶ πράσα καὶ νᾶπυ τῶν λεπτυνόντων ἐστίν, οὐδ' ἂν
οὐδ' ἰδιώτην λάθοι διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ἐν αὐτοῖς
δυνάμεως, ἐφεξῆς δὲ τούτων σμύρνιόν τε καὶ πύρεθρον
ὀρίγανόν τε καὶ καλαμίνθη καὶ σισύμβρια καὶ γλήχων
καὶ θύμβρα καὶ θύμα, χλωρὰ πάντα προσφερόμενα
πρὶν ξηρανθῆναι· ἀποξηρανθέντα γὰρ ἤδη φάρμακα
f. 133v G [τε] | καὶ οὐκέτι τροφαί. καθόλου δὲ πᾶν τὸ ξηρὸν 8
ἰσχυρότερον τοῦ τεθηλότος ἐστί, καθότι καὶ αὐτῶν τῶν
μὴ ξηρῶν τὰ τελεώτερα τῶν ἀτελῶν ἐστιν ἰσχυρότερα,
καὶ ὅσα κατὰ λόφους ἢ ἐν χωρίοις ἀνύδροις ηὐξήθη,
τῶν ἐν πεδίοις ἢ κήποις ἢ τέλμασιν ἰσχυρότερα. ταυτὶ 9
μὲν ⟨οὖν⟩ ὑπὲρ ἁπάντων χρὴ γινώσκειν κοινῇ· τοῖς
δ' εἰρημένοις ἐφεξῆς ἐστιν ὅ τε τῆς καππάρεως καὶ ὁ

11 — 7, 12 O 193, 1—194, 2. o 156, 1—11

7 *ἐκπεσεῖν* G: *incidere* L 11 *κρόμυα* G 15 *καλαμίνθη*, *μίνθη* O, cf. adnota ad 7, 10 *σισύμβρια* GO: *σισύμβριον* o et C² in O: *sisimbrium* L *γλίχων* G 16 *θύμα* O: *θῦμα* G: *θύμον* o (sed *θῦμα* F): *thymus* L 18 *τε* induxi: om. Oo: *farmaca iam sunt* L: an *φάρμακ' ἐστί?* *δὲ* G cf. § 78: *γὰρ* Oo: *et* L 20 *εἰσὶν* G 22. 23 *ταυτὶ μὲν* G: *ταύτῃ μὲν οὖν* O: *ταῦτα μὲν οὖν* o: *hec igitur* L: cf. VI 325, 18

τῆς τερμίνθου καρπὸς καὶ τούτων ἐφεξῆς εὔζωμά τε
καὶ σία καὶ σέλινα καὶ πετροσέλινα καὶ ὤκιμα καὶ
10 ῥαφανίδες καὶ κράμβη καὶ τεῦτλα. μαλάχη δὲ καὶ
βλίτα καὶ ἀτράφαξις, εἰ καὶ ταῖς ἰδέαις ἐγγυτάτω τῶν
τεύτλων εἰσίν, ἀλλὰ τήν γε δύναμιν οὐκ ἐγγύς· ὑδα-
τώδη τε γάρ ἐστι καὶ ἀμβλέα καὶ δριμείας δυνάμεως
ἥκιστα μετέχοντα παραπλησίως κολοκύνθαις τε καὶ
σικύοις πέποσί τε καὶ μηλοπέποσι καὶ κοκκυμήλοις.
11 ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦθ' ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ καὶ φλεγμα-
τώδη, καὶ μᾶλλον ὅσα χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίεται, μῆλα
καὶ ἄπιοι καὶ σίκυοι· διὸ καί τινες ἑψοῦσι τῶν σικύων
τοὺς σκληροτέρους ὁμοίως ταῖς κολοκύνθαις· καὶ τῶν
μήλων δὲ καὶ τῶν ἀπίων ἧττον βλάπτουσιν αἱ ἑφθαί,
καὶ τῶν ὠμῶν ἐσθιομένων αἱ εἰς ἀπόθεσιν ἐπιτηδειό-
ταται τῶν εἰρημένων ἧττόν εἰσι μοχθηραί. ἀλλὰ γὰρ
οὐ περὶ τούτων ὁ λόγος μοι νῦν.

III 12 Αὖθις οὖν ἐπὶ τὰ λεπτύνοντα τοὺς ἐν τῷ σώματι
χυμοὺς ἐδέσματα μέτειμι, τὴν ἀρχὴν ἀκριβέστερον
ποιησάμενος ἀφ' ὧν ἀπέλιπον, ἐπειδὴ διορισμοῦ δεῖ-
13 ταί τινος ἀκριβεστέρου. τὰ τοίνυν ἁπαλὰ καὶ νέα
πάντα διὰ τὸ πλῆθος ἔτι τῆς ὑγρότητος ἣν ἔτ' αὐξανό-
μενα κέκτηται, μέτρια ταῖς δυνάμεσίν ἐστιν, ὡς καὶ
μικρῷ πρόσθεν εἴρηται, καὶ διὰ τὴν αἰτίαν τήνδε
πολλὰ τῶν φαρμακωδῶν, ἔστ' ἂν ἔτι φύηται καὶ αὔξη-
ται, παραπλησίως τοῖς ἐδέσμασιν ἐσθίεται, καθάπερ οἵ

23 μικρῷ πρόσθεν] § 8

3 κράμβη GO: *caulis* L: κράμβαι o τεῦτλα] ευ et λ in lit. G[1] (scripserat τλεῦτα) 4 *bleta* d: *blitum* p: *bletum* v 5 τλεύτων G γε scripsi: τε G: om. L 7 κολοκύνταις G 10. 11 μῆλα — σίκυοι om. L 20 ἁπλᾶ G: *tenera* L 22 δυνάμεσιν εἰσιν G

*τε τοῦ σιλφίου καὶ οἱ τοῦ νάπυος καυλοὶ καὶ προσ-
έτι τούτοις πυρέθρου τε καὶ σκολύμου καὶ ἠρυγγίου
καὶ ἄλλων μυρίων, ἃ δὴ καλεῖν ἔθος ἡμῖν ἐστιν ἄγρια
λάχανα τῷ μικρὸν ὕστερον αὐτῶν ἕκαστον ἀκανθῶδές
τε γίνεσθαι καὶ μηδὲ τοῖς βοσκήμασιν ἐδώδιμον ὑπάρ-
χειν. εἰδέναι δὲ δεῖ πάντα τὰ τοιαῦτα τελειωθέντα* 14
*μὲν ἱκανῶς τμητικά, φυόμενα δὲ καὶ αὐξανόμενα
μετρίως λεπτύνειν· οὕτω γέ τοι καὶ ἡ ἀκαλήφη πρὶν
ξηρανθῆναι παραπλησίως γε μαλάχαις καὶ τοῖς τεύτλοις
ἐδώδιμος ὑπάρχει, μάραθρον δὲ καὶ πήγανον καὶ κο-
ρίανον καὶ ἄνηθον ἐκ τῆς αὐτῆς ἐστι τούτοις ἰδέας
πρὸς τῷ καὶ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. ἕτερον δέ τι γένος* 15
*ἐστὶ λαχάνων ἀγρίων ἧττον τῶν εἰρημένων τμητικόν,
ὡς δοκεῖν ἐκ τῆς μέσης τε καὶ οὐδετέρας εἶναι φύσεως
ὡς μήτε τέμνειν σαφῶς μήτε παχύνειν· καλεῖται δὲ τὰ
τοιαῦτα λάχανα κοινῇ μὲν ἅπαντα σέρις, ἰδίᾳ δὲ κατ'
εἶδος ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον ὄνομα κέκτηται παρὰ τοῖς
ἀγροίκοις οἷον αἵ τε θριδακῖναι καὶ αἱ χονδρίλαι καὶ
τὰ παρὰ τοῖς Σύροις γιγγίδια καὶ ἄλλα μυρία τοι-
αῦτα καθ' ἕκαστον ἔθνος· Ἀθηναῖοι μέντοι κοινῇ
πάντα σέρεις ὀνομάζουσιν· οἱ γὰρ παλαιοὶ τοῖς εἴδεσιν*
f. 134r G *αὐτῶν ἅπασιν | οὐκ ἔθεντο προσηγορίαν οὐδε-
μίαν. ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν εἶδος αὐτῶν ἐστιν ἅπασι γνώ-* 16

12—19 O 201, 10—202, 1. o 159, 21—24

---

2 *τούτοις* ex *τούτους* corr. G¹   *καὶ σκολύμου* om. L   *ἰρυγγίου* G   6 *εἰδέναι δὲ* (malim *δὴ*) *δεῖ* G: *iam autem* L   7 *τμητικά* G: *sunt incisiva* L   8 *λεπτύνειν* G: *subtiliant* L   *ἀκαλίφη* G   9 *παραπλησίως — τεύτλοις* om. L   *γε* G: an *ταῖς γε*?   10 *μάραθρον* O o: *μάραθον* G: cf. VI 622, 16 638, 17 641, 3 ss. X 578, 2   post *coriandrum* add. *mentastrum* pd: cf. *μίνθη* O 193, 2   18 *ἀγροίκοις* G in versu: rusticis L: γρ. ἀττι-*κοῖς* G¹ s. v.: *Ἀττικοῖς* O o   χονδρίλαι, δρι s. v. G¹   21 antiqui vero L

ριμον, ὅτι μηδὲ φύεται πανταχόθι πάντα, καθόλου
χρὴ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐκμαθόντα γνωρίσματα μήτ'
ὀνομάτων δεῖσθαι κατ' εἴδη μήτε τῆς κατὰ μέρος
17 αὐτῶν ἐξηγήσεως. εἰ μὲν δὴ κατὰ τὴν γεῦσιν ἢ τὴν
ὀσμὴν ἢ καὶ ἀμφοτέρας τὰς αἰσθήσεις δριμύ ⟨τι⟩ καὶ
δάκνον καὶ θερμὸν φαίνοιτο, τμητικὴν καὶ λεπτύνου-
σαν ἔλπιζε τὴν δύναμιν ὑπάρχειν αὐτῷ· κατὰ ταὐτὰ
δὲ κἂν εὐωδίαν τινὰ κατὰ τὴν ὀσμὴν ἔχον ἀρώματος
ἐμποιῇ τῇ γεύσει φαντασίαν, ἀνάγκη καὶ τοῦτο θερμὸν
μὲν εἶναι τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἧττον τῶν δακνόντων τε
καὶ διαβιβρωσκόντων καὶ θερμαινόντων ἐπιφανῶς
18 ἔχει δέ τι τμητικὸν καὶ ὅσα νιτρῶδες ἢ ἁλμυρῶδες ἐν
τῇ γεύσει προσφέρει, πρὸς τῷ καὶ τὴν γαστέρα τὰ
πλεῖστα τῶν τοιούτων ὑπάγειν· οὐχ ἧττον δὲ τούτων
τὰ πικρὰ λεπτυνούσης ἐστὶ δυνάμεως, ὅθεν καὶ τὰ
19 πλεῖστα τῶν τοιούτων ἕψοντες ἐσθίουσιν. οὐ μικρὸν
δὲ δήπου διαφέρει καὶ τὸ δι' ὀξυμέλιτος ἢ ὄξους ἢ
ἁλῶν ἢ ἐλαίου προσενέγκασθαί τι τῶν τοιούτων· ἐπι-
τείνεται μὲν γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν ὄξει τε καὶ ὀξυ-
μέλιτι, καθαιρεῖται δ' ἐλαίῳ· πρὸς γὰρ τῷ μηδὲν
ὑπάρχειν ἐλαίῳ παχέων χυμῶν λεπτυντικὸν ἔτι καὶ
20 τὴν ἰσχὺν ὅσα τοῦτο δρᾶν πέφυκε καθαιρεῖ. ταῦτ'
ἄρα καὶ ὅσα τῶν ἐδεσμάτων ὑδατώδη τε καὶ ἀμβλέα
γευομένοις ἐστίν — ὑπάρχει δὲ τοῦτο διὰ περιττὴν
ὑγρότητα τοῖς πλείστοις τῶν λαχανωδῶν καὶ μάλιστα

4—20 O 188, 7—189, 2

---

1 πανταχόθεν G: *ubique* L 5 δριμὺ G: *acutum quid* L
7 κατὰ ταὐτὰ scripsi: κατὰ ταῦτα G: *secundum hoc* L
9 ἐμποιεῖ G 15 εἰσὶ G 22 ὅσα G: *omnium quecumque* L:
Fleckeiseni annal. suppl. XXIII 682[7]

*τοῖς κηπευομένοις — ἅπαντα ταῦτα δι' ὄξους ἐσθί-
ουσιν, ὅσα μὲν ἥδιον ὠμὰ προσφέρεσθαι, γάρου μι-
γνύντες, ὅσα δ' ἑφθά, τοὔλαιον ἐπιχέοντες· ἔνια δὲ
καὶ δι' ὑποτριμμάτων ἐσθίουσιν ὄξος μὲν ἐχόντων
ἁπάντων, ἀλλ' ἤτοι μετὰ μέλιτος ἢ νάπυος, ἄνηθον ἢ
λιβυστικὸν ἢ κύμινον ἢ σέλινον ἢ τὸ τοῦ κάρου
σπέρμα μιγνύντες ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. αὐτὴ γὰρ ἡ* 21
*φύσις ἡγεῖται καὶ διδάσκει τὸ ποιητέον οὐ μόνον τούς
τι σοφώτερον ἐπισταμένους ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδιώτας·
καὶ ἔγωγε πολλάκις συνεχῶς χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις
ὑποτρίμμασιν ἐκέλευον ⟨ἂν⟩ οἷς μέλει λεπτυνούσης
διαίτης, εἰ μὴ τῆς σαρκὸς τῶν φοινίκων ἐμίγνυον
αὐτοῖς ἔνιοι τῶν ὀψοποιῶν πάμπολυ. γινώσκειν οὖν* 22
*χρὴ καὶ περὶ τῶν ὑποτριμμάτων ἐν βραχεῖ· τὰ μὲν
δὴ ⟨διὰ⟩ τῶν δριμέων τε καὶ θερμῶν πλείστων ἐμβε-
βλημένων, οἷάπερ ἐστὶ τά τε νῦν εἰρημένα καὶ ὅσα
διὰ κρομμύων τε καὶ σκορόδων ἢ κοριάνου σκευάζουσι,
ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα τῆς λεπτυνούσης ἐστὶ δυνά-
μεως, ὅσα δ' ἧττον τούτων μὲν μετέχει πλειόνων δὲ
τῶν παχυνόντων, ἐπίμικτα ταῖς δυνάμεσιν ὑπάρχει.*

'Επεὶ δ' ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ἐγένετό μοι περὶ IV 23
*τῶν λαχανωδῶν ἐδεσμάτων ὡς τὰ πλεῖστα τοῦ γένους
τούτου λεπτύνει, ἐφεξῆς ἂν εἴη ῥητέον καὶ περὶ τῶν
ἀσπαράγων καλουμένων, ἑλείου τε καὶ μυακανθίνου
καὶ τοῦ τῆς χαμαιδάφνης ἔτι τε καὶ βρυωνίας καὶ*

---

3 *ἑφθὰ* G itemque infra *ἑφθοῦ, ἑψοῦσιν* 5 *ἄνισον* G 8 *ἡγεῖται* G: *subenarrat* L (an *ὑφηγεῖται?*) 10 *πολλάκις* (*multotiens*) post *ἰδιώτας* L fort. recte 11 *ὑποτρίμασιν* G ⟨*ἂν*⟩ addidi: *iubebam* L 14—16 *τὰ — εἰρημένα καὶ* om. p 15 ⟨*διὰ*⟩] *per* dv: om. G 18 *ἐστι*] *εἶναι* G: *sunt* (praeced. *quoniam*, cf. 15, 5 et 7) L 19 *quidem hiis* L: fort. μὲν τούτων *plus* L: fort. *πλεῖον* 24 ἐλίου G 25 βρυονίας G

ἄγνου καὶ ἀκτῆς καὶ τῶν ὁμοίων· ἐν τούτῳ δὲ τῷ
γένει καὶ οἱ τῶν ἀμπέλων ἕλικές εἰσι καὶ οἱ τῶν
βάτων καὶ εἴ τινος ἄλλου δένδρου βλαστὸς ἢ ἄνθος
24 ἐδώδιμον ὑπάρχει. ὁ μὲν οὖν μυακάνθινος ὀνομαζό-
μενος τῆς μέσης πως ὑπάρχει δυνάμεως· ἐφ' ἑκάτερα
δὲ τούτου μικρὸν ἀποδέοντες ὅ θ' ἕλειός ἐστι καὶ ὁ
τῆς χαμαιδάφνης, τοσούτῳ δ' ὑγρότερος ὁ ἕλειος ὅσῳ
ξηρότερος ὁ τῆς χαμαιδάφνης· εὐστόμαχος δ' οὐδὲν
ἧττον τῶν εἰρημένων ἐστὶν ὅ τε τῆς βρυωνίας καὶ ὁ
τοῦ ἄγνου καὶ ⟨ὁ τῆς⟩ ἀκτῆς | καὶ μᾶλλον ἔτι f. 134v
τούτων οἱ σαφῶς αὐστηροὶ καὶ στύφοντες οἷος καὶ ὁ 11
τῆς βάτου καὶ ⟨ὁ⟩ τῆς ἀμπέλου· καθαίρει δὲ διὰ τῆς
25 κάτω γαστρὸς ὁ τῆς ἀκτῆς. ἀλλὰ τοὺς μὲν καθαίρον-
τας οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ γνωρίσαι πρὶν πειραθῆναι, τῶν
δ' ἄλλων τῆς δυνάμεως ἔνεστι στοχάσασθαι τῇ γεύσει
τεκμαιρόμενον. οἱ μὲν γὰρ στύφοντες ἅπαντες εὐστό-
μαχοί τ' εἰσὶ τοὐπίπαν καὶ μέσοι πως μάλιστα τὴν
δύναμιν, ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ ὁ τῆς φοίνικος ἐγκέ-
φαλος· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα
⟨*****⟩ τοῦ φυτοῦ, καθάπερ ἐλάτας τὰς ἐκ τῶν πλα-
γίων· οἱ δὲ καὶ πικρότητος ἐμφαίνοντές τι τοσούτῳ
